

CL\* ST\*  
LAURENT\*

AB

37  $\frac{11}{h_4}$

Chr. W.

**M. 1283**

~~397~~  
~~381-4~~  
~~486-5~~  
~~397~~  
~~480~~

26

260.1.23-8

344-123-6

397

483.1.23-7

2189.

J. A. G. Meiß  
1823 oao






PRECES  
ET  
CANTILENAE,

QVIBVS  
LECTIONES PVBLICAE

INCHOANTVR  
DISTINGVVTVR  
FINIVNTVR

IN  
DVICALI SCHOLA SCHENINGENSI.



ACCEDVNT  
HYMNI AC PRECES,

QVAE  
A COENOBITIS S. LAVRENTII  
CANVNTVR AC RECITANTVR.

---

ITERATA EDITIO

---

HELMSTADĪ  
APVD PAVL. DIET. SCHNORRIVM,  
ACAD. TYPOGR.  
MDCCLXIX.

P R E C E S  
ET  
CANTILENAE  
LECTIONES PATRICAE  
INCHONATYR  
DISTINGVNTYR  
TINIVTYR  
IX  
DUCAT SCHOLA SCHKINGENSIS



HYMNI AC  
A COGNOMIS R LARNTII  
CANTILENAE RECHONATYR  
INCHONATYR  
FIRMATA AD  
AD TYPUM DIST. SOMMERIVM  
ACAD. TYRON

157








# LECTVRIS

OMNEM IN IESV CHRISTO  
SALVTEM DICIT  
IOHANNES FRIDERICVS  
NOLTENIVS,  
RECTOR.

 Π *ἀντὰ εὐχαριότως καὶ  
κατὰ τάξιν, omnia  
decenter & ordine ut  
siant in Ecclesia, Gen-  
tium ille Doctor Corin-  
thios suos disturbatos & in devia abreptos  
A 2 serio*



ferio adhortatur 1. Cor. 14, 40: quam quidem admonitionem Apostolicam magni momenti esse merito putamus. Deus enim ipse, cujus Spiritu Paulus loquitur, Deus est ordinis: tolle ordinem, & solem ipsum e mundo sustulisse videaris. Omnia dilabuntur, vel insigniter saltem labefactantur, nisi suo ordine, pondere & mensura constent: numquam homines sine sancita certa quadam regula & norma, cui singuli se obstringant, in societatem communem conveniunt: nulla respublica stare diu potest, nisi externae morum honestati innitatur, & suis legibus probe suffulta sit. Pari etiam ratione nulla ecclesia, nullus coetus hominum, quos eadem cultus divini ratio conjungit, per longam annorum seriem consistet, si, quibusvis sibi indulgentibus, tumultuarie cuncta agantur, & nec pes, nec caput uni reddatur formae.

Quemadmodum vero boni ordinis ratio est habenda in Ecclesia, ita praecipue in Schola, quae sine controversia potior Ecclesiae pars habetur, quaeque, prout vel bene vel male constituta est, juventutem, populum illum futurum, format.



Et rempublicam intra triginta annorum decursum aut piis sapientibusque viris Et civibus ornat, aut immanibus onerat monstris, quae, veluti homines, praeter formam humanam nihil propemodum humanitatis referentes, omnem disciplinam per reliquas vitae suae partes deinceps respiciunt, Et magistratui multum saepe negotii faceffunt. Quare praeceptores praeter bonos mores, quos inculcant, praeter pietatem, quam instillant, praeter eruditionem, quam profitentur, praeter planam ac perspicuam methodum, qua incedunt, praeter prudentiam illam scholasticam, qua vehementer opus est in compescendis refractariis, in corrigendis errore quodam lapsis, in monendis non malis, in demulcendis probis; praeter haec omnia, inquam, id etiam vel in primis dent operam, ut praescriptum ordinem sancte tueantur, a quo ne latum quidem unguem recedant. Singulis diebus sua pensa, singulis horis suas pericopas attribuant: omnia suo tempore, suo loco agant: statis doceant horis, earumque spatium aliquod nec anticipent, nec abrumpan: ad campanae sonum prompti adsint, ad eundem



pariter discipulos in pace dimittant propter paedagogorum aliorumque operas statim dehinc incipiendas: preces publicas lectionibus suis praemittant, nec quicquam inauspicatò & absque Numine invocato exordiantur, omnesque horas publicis praelectionibus destinatas piis votis & hymnis dispungant, ut ipsorum labores, si ab hac aurea quasi catena pendent, non tam vere, quam bene catenati nuncupentur. Profectò ii praeceptores publici, qui secus faciunt, & hunc externi moris cultum ambitiose spernunt, omnemque ordinem laudabilem contra monitum Apostoli nostri susque deque habent; hi nempe erroris cuiusdam non levissimi rei fiunt, & magno informationis suae fructu sese defraudant. Neque vero verba mea aliorsum, atque fas est, accipi, & ita intelligi velim, ac si sub certa quadam externa honestatis formâ, ludis litterariis datâ, ipsam pietatem & doctrinae efficaciam unice contineri putem; a qua equidem sententiâ tam longe absum, quam qui longissime. Interim est *παραγωγία* quaedam maxime necessaria, quae pessimos interdum discipulos manu quasi ducit in viam pietatis, modestiae & eruditionis



tionis rectam & exploratam: quandoquidem intra limites hos constituti saepe in se ipsos descendunt, & sapere tandem occipiunt, ultroque sequi ea, quae honestas & vitae scopus sapienter positus postulat; quin eos etiam alumnos, qui in bono proposito per Dei gratiam jam confirmati sunt, & piam vitae habent destinationem, haec eadem res arcana quadam vī praemunit, ne a frugalitate sua & morum probitate deflectant, quum ex laxiori externae hujus disciplinae habitu ita subinde eos videas immutari, ut non cognoscas, eosdem esse.

Ponderavit hoc quondam pro sapientia sua Serenissima ANNA SOPHIA, nata ex Electorali stemmate Brandenburgico, Serenissimi FRIDERICI VLRICI, Brunsvicensium ac Luneburgensium, gloriosae recordationis, Ducis Conjux, prima Scholae nostrae, quatenus nempe Ducalis est, Fundatrix munificentissima, religiosa quondam, nunc beatissima Princeps, quae non tantum lege sancit, ut omnia in Schola, quam fundasset, decenter & ordine peragantur, sed etiam speciatim certas precandi formulas, veluti pia mater filiae



suae, eidem praescripsit, quae post can-  
 tum hymnum & praelectum caput Bibli-  
 cum sub publicarum lectionum initium  
 in cathedra a singulis ordine discipulis re-  
 citentur: eademque singulas horas, qui-  
 bus praeceptores docendo defessi invicem  
 sese excipiunt, peculiaribus cantilenis di-  
 stingui voluit, ut sub hac diaeta melius  
 succederet labor noster mille molestiis alio-  
 quin obnoxius. Hunc morem quemad-  
 modum decessores nostri, & qui hos sua  
 serie antecedunt, eo, quo fas est, obsequii  
 cultu servarunt, ejusque memoriam ad  
 aetatem nostram transmiserunt; ita apud  
 nos etiam legis hujus providentissime  
 constitutae magna hodieque est & esse  
 semper debet auctoritas. Loquuntur i-  
 studium, qui in ludi nostri litterarii con-  
 discipulatu degunt, & huic canoni ad-  
 suescunt; tum etiam sequentes hae pa-  
 gellae, eas preces & cantilenas exhiben-  
 tes, quibus inchoamus & finimus statas  
 horas nostras, earumque intervalla potis-  
 simum discernimus. Dissimulare equi-  
 dem non possum, plures his in schedulis  
 psalmos conspici, ac fuerint recepti ab ini-  
 tio scholae nostrae fundatae: quod tamen  
 non temere factum est, neque meo nunc  
 demum



denuum consilio. Enimvero anni elapsi sunt circiter quadraginta, quum B. Avus meus, JOHANNES NOLTENVS, P. L. Caesareo-Ristianus, in litteraria societate Cygnæa, cui adscriptus erat, Olorino dictus, Sacri Ministerii dioecesis ab ilice donominatae ad Brunsvigam Senior, animum applicaret ad studium hymnodicum, postquam aetas ingravescens receptui canere, & raucitas vocis, ex incendii illius, quod, tanquam tertium, expertus fuerat, & quo similiter, ut reliquis duobus antecedentibus, omnes ipsius reculae unà cum supellectile librorum haud omnino spernenda conflagraverant, ingenti furore, qui pectori ipsius valde noceret, contracta, munere Concionatorio sese abdicare ipsi suafisset. Tum ille in otio suo negotioso, sub placidum senectutis ac vitae decursum, complures Lutheri, Pauli Gerhardi, Johannis Ristii sui, quin etiam aliorum non nullas cantilenas Ecclesiasticas eodem schemate, id est, iisdem numeris & pedibus, modo jambicis, modo trochaicis, paribusque item rhytmis latine exprimebat, quibus in lingua nostra Germanica adstrictae illigataeque habentur, Salomonem Frencelium à Fridenthal aliosque in



eo componendi genere imitatus. Cujus laboris sui specimina quum offerret subinde aliquot indulgentissimo quondam Principi suo, B. RVDOLPHO AVGVSTO, Duci Brunsvicensium ac Luneburgensium; eam subito invenerunt gratiam, ut in Scholis Ducatus hujus non nulla eorum cani publica auctoritate juberentur: ex quo quidem tempore heic etiam in nostro Lyceo id factum est, adscitis etiam a B. Parente meo, PAVLO MARTINO, cathedrae nostrae tunc temporis Rectore, Cantilenis quibusdam Passionalibus, quarum Latina translatio Avum nostrum itidem pro auctore agnoscit: quod monere Lectorem vel eo nomine volui, ne, quum cantica quaedam Avi mei, tamquam interpretis, nomen prae se ferre videt, pio nepotis adfectui det, quod ex arbitrio superiorum dudum pendit. Apparent etiam ad calcem libelli hujus binae preces, quibus utuntur ii discipuli nostri, qui omnibus, quotquot erant, diebus in vicino & suburbano nostro Monasterio Laurentiano Horas, ut vocant, Canonicas obeunt: quorum commodo his paginis pariter consultum volo, duos parietes de eadem fideiâ ita dealbans.

Quod



Quod reliquum est, Deum, Patrem Domini nostri Iesu Christi, supplici voce rogo & obtestor, ut, concessis ubique emendationis rei scholasticae praesidiis, Ecclesiae suae, quae sine ephebeis, sapienter & religiose apertis, salva esse neutiquam potest, magis magisque consulat.



Scripseram haec ante hos retro viginti octo annos, kalendis nempe Decembribus A. O. R. cIo Io cc XXI. Nunc, exemplaribus libelli huius consumptis & quasi absorptis, typis hic denuo erat describendus: in qua iterata editione non nihil certo quodam loco addidi, quod deesse videbatur; transposui etiam pro convenientiori ordine cantiones quasdam, & Quadragesimalibus tandem Germanicas illas, unde sunt in linguam Latinam conversae, adjeci, ut celebrare Passionem Dominicam, modo vernaculis, modo Latinis verbis, nostrates possint. Quumque etiam libri illi, unde nostri Coenobitae Psalmos Davidicos & Hymnos Ecclesiasticos, quos latine canunt, ex praescripto Ordinationis nostrae Monasticae arcessunt, longiori complurium annorum usu sint attriti;



triti; hi nimirum Psalmi atque Hymni,  
selectu tamen nunc quidem artiori facto,  
in eorum gratiam typis exprimendi ac bi-  
nis precibus Coenobialibus praemittendi  
fuerunt.

Scriebam Scheningae in Ducali Scho-  
la d. VII. Septembris, anno post natum  
Θεότοκον ex Mariā, quae est Θεο-  
τόκος, c1o Is cc XLIX.



LABO-



33 ) 13 ( 36  
LABORES MATVTINOS AVSPICAMVR  
HYMNO SEQVENTI:

I.

Iam, lucis orto fidere,  
Deum precemur supplices,  
Vt in diurnis actibus  
Nos seruet a nocentibus.

2.

Linguam refrenans temperet,  
Ne litis horror insonet:  
Visum fovendo contegat,  
Ne vanitates hauriat.

3.

Sint pura cordis intima,  
Absistat & vecordia,  
Carnis terat superbiam  
Potus cibique parcitas;

4.

Vt, quum dies abscefferit,  
Noctemque fors reduxerit,  
Mundi per abstinentiam  
Ipsi canamus gloriam:

5.

Deo Patri sit gloria,  
Ejusque soli Filio  
Cum Spiritu Paraclito  
Et nunc & in perpetuum.

POST



33 ) 14 ( 33  
POST PRAELECTVM CAPVT BIBLICVM  
SVBIVNGVNTVR PRECES:

PRECES MATVTINAE.

Allmächtiger / ewiger Gott / barm-  
herziger Vater / wir deine Kinder  
ruffen dich in der Werkstätte des heiligen  
Geistes herzlich an / du wollest deine  
Gnade reichlich über uns ausgießen / daß  
wir dich / und deinen lieben Sohn / Je-  
sum Christum / recht lernen erkennen /  
über alle Dinge fürchten / lieben und  
kindlich vertrauen. Gib uns ein gehor-  
sames Herz gegen unsere Praeceptores,  
und hilf durch deinen heiligen Geist / daß  
wir alle heilsame Lehre / Vermahnung  
und Straffe williglich annehmen und  
dawider nicht murren. Steur und wehr  
den feurigen Pfeilen des Satans / den  
ärgerlichen Exempeln der Welt / u. bösem  
Willen unsers Fleisches / daß sie unsern  
Verstand nicht verkehren. Herr Gott /  
Vater und Herr unsers Lebens / behüt  
uns für unzüchtigem Herzen und Gesich-  
te / und wend von uns alle böse Luste: laß  
uns nicht in Schlemmen u. Unkeuschheit  
gerathen / und behüt uns für unverschäm-  
ten Herzen. Hilf vielmehr / daß wir in  
Deiner wahren Furcht / rechtschaffener Ge-  
schicke



schicklichkeit / guten Künsten und Spra-  
 chen wachsen / und zu tüchtigen Werkzeu-  
 gen deiner Ehre und des gemeinen Nut-  
 zens erzogen werden. Laß dir auch / o  
 Herr / unser Erbarmner / väterlich befoh-  
 len seyn deine heilige Christliche Kirche  
 mit ihren verordneten Hirten und Leh-  
 rern. Segn und erhalt das von dir / o  
 Gott / gesegnete und erhabene Haus  
 Braunschweig und Lüneburg / bevor-  
 ab unsern jeho regierenden gnädigsten  
 Fürsten und Landes-Vater / Herrn  
 CARL / Herzog zu Braunschweig  
 und Lüneburg. Laß doch / o lieber Va-  
 ter / deine Güte über diesem unsern lie-  
 ben Landes-Herrn / samt dessen Frau  
 Gemahlinn Hoheit / dem Erb-Prin-  
 zen / nebst den übrigen Prinzen und  
 Prinzessinnen / wie auch allen hohen  
 Anverwandten dieses Durchlauch-  
 tigsten Hauses alle Morgen neu und  
 deine Treue groß seyn. Beschirm diese  
 unsere hohe Obrigkeit unter dem  
 Schatten deiner Flügel / vermehre Ihre  
 Tage / laß Sie in die Länge leben / und  
 Ihr Vornehmen durch deine gewaltige  
 Hand fruchtbarlich fortgehen. Regier  
 und behüt auch Dero sämtliche Bediente  
 und



und Befehlshaber / einen Ehren-Besten  
 Raht und ganze Gemeinde dieser Stadt/  
 auch unsere Eltern und vorgesezte Prä-  
 ceptores; gib ihnen nach deinem heili-  
 gen Willen Gesundheit und langes Le-  
 ben / vergilt ihnen alle Güte und Treue/  
 so sie an uns beweisen / und laß ihre Ar-  
 beit und Vermahnung an uns nicht ver-  
 geblich seyn. Erhalt und bewahr auch  
 ferner / o himmlischer Vater / gnädig-  
 lich diese Schule / behüt uns für Krieg  
 und Blutvergiessen / für Pestilenz und  
 theurer Zeit / für Feuers-Brunst / und  
 für alle dem / dadurch die Schule zer-  
 stöhret und die Fortpflanzung nützlicher  
 Lehre kan verhindert werden. Steur  
 und wehr dem Grimm des Türken und  
 aller andern Feinde deiner Christenheit.  
 Behüt die lieben Früchte für Hagel und Un-  
 gewitter / und gib deinen väterlichen Segen zur  
 Haushaltung und Nahrung / auf daß wir alle  
 davon das tägliche Brot haben mögen. Laß in  
 unserm Lande Ehre wohnen / daß Güte und  
 Treue einander begegnen / Gerechtigkeit und  
 Friede sich küssen / daß Treue auf der Erden  
 wachse / und Gerechtigkeit vom Himmel schaue.  
 Sey uns gnädig / Herr / sey uns gnädig um  
 deines lieben Sohns Jesu Christi willen / Amen!

Vater unser 2c. 2c.

LABO-



LABORES POMERIDIANOS AVSPICAMVR  
HYMNO SEQVENTI:

**V**eni, maxime Spiritus, tuorum  
 Reple corda fidelium, tuique  
 Accendas in eis amoris ignem,  
 Qui gentes fidei sub unitate,  
 Per discrimina multa linguarum,  
 Solator Paraclete, congregasti.  
 Quem nunc mittere Spiritum per orbem  
 Digneris, Pater: omnia innovabis.  
 Tu, qui corda fidelium benigni  
 Flatûs Numine doctiora reddis,  
 Da nobis, age, Spiritu ex eodem  
 Et rectum sapere, & frequenter ejus  
 Consolamine vivere & valere  
 Per Christum Dominum Deumque no-  
 strum.

POST PRAELECTVM CAPVT BIBLICVM  
 SVBIVNGVNTVR PRECES:

PRECES POMERIDIANAE.

Aus der Epistel Jacobi im ersten Capitel:

So jemand unter euch Weisheit mangelt, der bitte von  
 Gott, der da giebt einfältiglich Jedermann, und  
 rückt es Niemand auf; so wird sie ihm gegeben  
 werden. Er bitte aber im Glauben, und zweiffle  
 nicht.

**A**llmächtiger / barmherziger Gott und  
 Vater / der du der rechte Vater bist  
 über



uer alles/ was Kinder heist/ im Himmel  
 und auf Erden/ wir danken dir von Her-  
 zen/ daß du uns zum Studiren beruffen  
 hast: weil wir aber von uns selber nicht  
 tüchtig sind/ etwas gutes zu gedenken/  
 vielweniger zu schaffen/ wegen unserer  
 verderbten Natur; so bitten wir dich  
 herzlich/ du wollest uns durch deinen hei-  
 ligen Geist unsere Herzen erleuchten/ daß  
 wir in der Erkenntnis deiner seligma-  
 chenden Wahrheit wachsen/ und wie am  
 Alter/ also auch an Weisheit und Ver-  
 stande zunehmen mögen. Erhalt/ segn  
 und behüt unsere liebe hohe Obrig-  
 keit/ Dero hohes Haus und sämtliche  
 Bediente/ ingleichen einen Ehrenvesten  
 Rath und Gemeinde dieser Stadt/ unse-  
 re liebe Eltern und unsere getreue Prae-  
 ceptores. Behüt sie und uns für allem  
 Unglück und Uebel: Regier uns auch  
 durch deinen heiligen Geist/ daß wir in  
 deiner Furcht stets leben/ und für Sün-  
 den uns hüten mögen. Bescher auch  
 ferner/ was uns zum Studiren nötig  
 seyn wird/ damit wir hier zeitlich und  
 dort ewiglich dir dienen/ danken/ und  
 dich allezeit loben/ durch unsern HErrn  
 IEsum Christum/ Amen!

Vater unser. 26.

Cho-



CHORVS SCHOLASTICVS DIEBVS DO-  
MINICIS IN SACRA AEDE ITA INFIT:

**V**eni, Sancte Spiritus, reple tuorum  
corda fidelium, & tui amoris in eis  
ignem accende, qui per diversitatem lin-  
guarum cunctarum gentes in unitate fi-  
dei congregasti, Hallelujah! Hallelujah!

*Sequentia, quam in Ecclesia vocant,  
Pentecostalis, a Ruperto, Galliarum Rege  
a. 1003. conscripta.*

CANTILENAE, QVIBVS HORARVM  
INTERVALLA DIEBVS SINGVLIS  
DISPVNGVNTVR.

DIE LVNAE.

ANTE MERIDIEM.

Germ. Was mein Gott wil, das gescheh ic.

I.

**F**iat, Deo quod complacet:  
Quod ille vult, probandum:  
Juvat libenter quemlibet,  
Qui se cupit levandum.

Vertit bonus  
Malum Deus,  
Solatur & tuetur.  
Fidens Deo,  
Nitens eo  
Non usque deferetur.

B 2.

2.

2.

Deus meum solatium  
 Est, spes & ipsa vita:  
 Quod mittit ad nutum suum,  
 Mens sustinebit aequa:  
 Non fallit os;  
 Capillulos  
 Is namque novit omnes;  
 Curat vigil,  
 Facitque, nil  
 Querantur ut fideles.

3.

Terrena si relinquere  
 Cogor, Deo volente;  
 Paratus hinc discedere  
 Sum mox, eo jubente.  
 Do spiritum  
 Deo meum,  
 Quum mortis instat hora.  
 A te, Deus,  
 Est funditus  
 Mors & gehenna strata.

4.

Adhuc precabor unicum:  
 Non hoc, scio, negabis:  
 Contra malignum spiritum  
 Me nempe roborabis.  
 Juvato me,  
 Deus bone,

Pro-



35 ) 21 ( 38  
Propter celebre nomen.  
Verbum tuum  
Servas sacrum.  
Subjungo laetus, Amen!

*Joh. Noltenii.*

A MERIDIE.

I.

Salve, cordis gaudium; salve, Jesu!  
Pectoris incendium; salve, Jesu!  
Animae praesidium; salve, Jesu!  
Bone, salve, Jesu!

2.

Millies te cogito; veni, Sponse!  
Millies te quaerito; veni, Sponse!  
Millies te flagito; veni, Sponse!  
Care, veni, Sponse!

3.

Pasce me vulneribus; mens dulcescit:  
Lacta me uberibus; cor liquefcit:  
Merge me visceribus; spes virefcit:  
Vita repubescit.

4.

Nihil te est suavius, suavis Amor!  
Nihil te est mitius, mitis Amor!  
Nihil te est dulcius, dulcis Amor!  
Jesu, dulcis Amor!

B 3

5.



Rigeo, accende me, o Amator!  
 Languedo, solare me, o Creator!  
 Morior, defende me, o Salvator!  
 Jesu, o Salvator!

## DIE MARTIS.

ANTE MERIDIEM.

I.

**R**eferre nil, putatur :/:  
 Hoc ubique saeclo,  
 Seu diligat Magistrum :/:  
 Quisque, sive spernat,  
 Cujus ab ore manant :/:  
 Praecepta, moribus piae :/:  
 Profutura vitae.

2.

At interesse multum, :/:  
 Re probatur ipsa,  
 Idemque confiteri :/:  
 Sera discet hora:  
 Namque pii Scholarchae :/:  
 Amans erit beatior; :/:  
 Interibit osor.

3.

Expertus est Elisa :/:  
 Diligendo vatem:

Sed



Ter abstinere iustus :/  
 Ne semel recedit;  
 Sed comitans Eliam :/  
 Rapti sub astra duplicem :/  
 Spiritum lucratur.

4.

Contrarium meretur :/  
 Bethelina turba,  
 Viso, loquens, Elisâ :/  
 Calve, calve, scande!  
 Post maledictionem :/  
 Derisionis vindices :/  
 Carne pascit urfos.

5.

Exempla cautiorem :/  
 Tanta quemque reddant.  
 Ridens Dei ministrum :/  
 Morsibus dolebit  
 Tartarei leonis; :/  
 Sequens Prophetæ Spiritum :/  
 Salvus astra scandet.

*M. Lud. Helmboldus.*

A MERIDIE.

Germ. Erhalt uns/ Herr/ bey deinem Wort.

I.

Serva, Deus, verbum tuum,  
 Et frange vires hostium,

B 4

Qui



35 ) 24 ( 36  
Qui Jesum Filium tuo  
Turbare conantur throno.

2.

Ostende nunc potentiam,  
O Christe, Rex Regum, tuam,  
Defende parvulum gregem,  
Qui te fatetur Principem.

3.

Vivificator Spiritus,  
Concordiam da cordibus,  
Adsis periclitantibus,  
Cum morte conflctantibus.

4.

Hostes retunde machinis  
Cadentibus reciprocis,  
Scrobes in altas dejice,  
Quas construunt Ecclesiae.

5.

Sic senserint tum denique,  
Nostrum Deum te vivere,  
Et esto praesto turbulae,  
Quae sperat in te fervide.

6.

Pacem tuam, te poscimus,  
Concede nobis coelitus,  
Nam nemo, praeter te, Pater,  
Vita est tuis & arbiter.

*Joh. Stigelius.*  
Vel:



Vel:

1.

**H**Err Gott/ du bist von Ewigkeit/  
 Und bleibst ohn allen Wandel;  
 Mit uns verändert sich die Zeit  
 In allem Thun und Handel:  
 Wie bald ist es geschehn/  
 Daß die von hinnen gehn/  
 Die uns erzogen und gelehrt/  
 Wie man recht lebet und dich ehrt? :/:

2.

Der Moses und der Aaron  
 Habn ihre Zeit regieret:  
 David und Nathan sind davon:  
 Ihr'r keiner wiederkehret.  
 Nachfolger in den Stand  
 Hastu/ HErr Gott/ gesandt/  
 Durch sie erbauet für und für  
 Der Kirchen-Schul- u. der Stadt-Thür :/:

3.

Solch deine Gnad ist wiederfahrn  
 Auch unserm Vaterlande:  
 Die unsrer Jugend Meister warn/  
 Sind nicht mehr all vorhanden;  
 Dennoch wird jedesmal  
 Ersetzet ihre Zahl/  
 Wir gehn/ als deine Schäflein/  
 Noch immer vor dir aus und ein. :/:

B 5

4.



Darzu verleih uns / lieber Herr /  
 Gott Vater / Glück und Segen /  
 Gib deines Geistes Kraft zur Lehr  
 Von Jesu Christi wegen /  
 Der uns erworben hat  
 Zeitlich und ew'ge Gnad;  
 Dem sey mit dir und deinem Geist  
 In Ewigkeit Lob / Ehr und Preis. :/:

DIE MERCVRIL.

1.

**A** Deo, scirem nisi, me creatum ; :/  
 Lubricae fortis raperer procellis,  
 Nec vagae cymbae requiem daturum  
 Litus haberem. :/:

2.

A Deo, scirem nisi, me redemtum ; :/  
 Quando terrores animum fatigant,  
 Anxius culpae veniâ carerem,  
 Moestus obirem. :/:

3.

A Deo, scirem nisi, me sacratum ; :/  
 Huc & illuc cum Furiis vagarer,  
 Exsecrandorum scelerum ruinâ  
 Praecipitarer. :/:

4.



4.

Sed creatum me simul & redemptum :/  
 Atque sacratum, scio, per Jehovah:  
 Hic mihi portus veniaeque spes est  
 Atque salutis. :/

5.

Ex tuo verbo, Deus, ista novi :/  
 Particeps verbi sit ut omnis aetas,  
 Cum tuo Gnato, Pater, atque sancto  
 Flamine praesta! :/  
*M. Lud. Hehnboldus.*

DIE JOVIS.

Germ. Wend ab dein'n Zorn / o lieber Gott / x.

1.

**A**ufer immensam, Deus, aufer iram,  
 Et cruentatum cohibe flagellum,  
 Nec scelus nostrum properes adaequam  
 Pendere lancem.

2.

Si luant justam mala nostra poenam;  
 Quis potest saevas tolerare plagas?  
 Quum nec ultricem spatiosa ferret  
 Machina virgam.

3.

Parce sed nostris miserando culpis,  
 Jus pari clemens pietate miscens,  
 Cui manet semper proprium, maligno  
 Parcere mundo.

4.



4.

Cur super vermes luteos furorem  
 Sumis, o magni Fabricator orbis?  
 Quid fumus, quam faex putris, umbra,  
 pulvis  
 Glaebaque terrae?

5.

Nos parentalis maculat reatus,  
 Et caro mentem trahit imbecillem:  
 Ergo tam fortem fragilem benigno  
 Respice vultu.

6.

Da crucem, clavos, scuticam, coronam,  
 Lanceam, funes rigidamque mortem:  
 Inter iratam medicare dextram  
 Et mala nostra.

7.

Non opus summi pereat magistri,  
 Nec finas, cassam fore passionem;  
 Corde sed manans lavet omne crimen  
 Sanguis & unda.

8.

Hoc ratum quo fit, facias, precamur,  
 Omnibus nobis, residens Olympo,  
 Qui Deus semper, dominaris orbi  
 Trinus & unus.

DIE



33 ) 29 ( 33

DIE VENERIS.

ANTE MERIDIEM.

**C** I.  
urarum :/: :/:

Nihil invenitur expers, :/:

Mortales :/:

Vbicumque sunt coloni.

2.

Grassatur :/: :/:

Labor & dolor per omnes :/: :/:

Majores :/:

Cruciantur & minores.

3.

Peccatum :/: :/:

Melius nihil meretur :/:

Peccato :/:

Pretium mori statutum.

4.

Peccato :/: :/:

Sumus intus inquinati, :/:

Peccamus ; :/:

Foris angimur reatu.

5.

O Jesu! :/: :/:

Procul hunc ut abstulisti ; :/:

Sic curas :/:

Alacri fide repellis.

*M. Lud. Helmboldus.*

A ME-



Germ. Wer nur den lieben Gott läßt walten.

1.

Quicumque commendat Jehovahæ,  
In eoque semper spem locat,  
Hunc vult potenter sospitare,  
Adversa quando fors tonat.  
Qui sperat in summo Deo,  
Immotus ille stat loco.

2.

Curæ juvant quid nos acerbæ?  
Quid Ah! juvat, nostrumque Vae?  
Tristique, quid, quod usque mane  
Malum dolemus pectore?  
Fit nostra crux, fit nostrum onus  
Moerore ponderosius.

3.

In paullulum tantum quiesce,  
Contentus illis omnibus,  
Quæ pro suo Jehova velle  
Te ferre vult omniscius.  
Qui eligit ipse nos Deus,  
Quid nos premat, scit ocus.

4.

Horam juvandi novit ille;  
Scit, quando profit, optime.

Si



Si deprehendat, intus esse  
 Modo candido nos pectore;  
 Spem praeter advenit, bona  
 Secum ferens quam plurima.

5.

Ne cogita, crucis sub igne,  
 Te derelictum a Numine,  
 Sinuque quod repostus ille,  
 Cui cuncta cedunt prospere.  
 Invertit aetas plurimum,  
 Ponitque cui libet modum.

6.

Facilis Deo res est laboris,  
 Perinde semper est ei,  
 Et divitem privare gazis,  
 Largiri opesque pauperi.  
 Mirabilis Deus cluit,  
 Qui tollit & nunc deprimit.

7.

Ora, ambula vias Jehovae,  
 Fac, quod decet, fideliter,  
 Et semper ejus fide dextrae,  
 Juvabit illa jugiter.  
 Nam qui Deo fidit suo,  
 Hunc deserit nullo loco.

*Joh. Noltenius.*

Vel:



1.

Auf meinen lieben Gott  
 Trau ich in Angst und Not /  
 Der kan mich allzeit retten  
 Aus Trübsal / Angst und Nöten:  
 Mein Unglück kan er wenden /  
 Steht all's in seinen Händen.

2.

Ob mich mein Sünd ansieht /  
 Wil ich verzagen nicht;  
 Auf Christum wil ich bauen /  
 Und ihm allein vertrauen:  
 Ihm wil ich mich ergeben  
 Im Tod und auch im Leben.

3.

Ob mich der Tod nimmt hin /  
 Ist Sterben mein Gewinn:  
 Denn Christus ist mein Leben /  
 Dem hab ich mich ergeben.  
 Ich sterb heut oder morgen /  
 Mein Seel wird Gott versorgen.

4.

O mein Herr Jesu Christ /  
 Der du so g'duldig bist /  
 Für mich am Creutz gestorben /  
 Hast mir das Heil erworben /  
 Auch uns allen zugleich  
 Das ewig Himmel-Reiche,

5.



Amen! zu aller Stund  
 Sprech ich aus Herzens-Grund:  
 Du wollest uns ja leiten/  
 Herr Christ / zu allen Zeiten/  
 Aufdas wir deinen Namen  
 Ewiglich preisen / Amen!

*Sigism. Weingärtner.*

DIE SATVRNI I. SABBATI.

1.

Sabbati colendi  
 Deus auctor est, revolve!  
 Illiusque legi  
 Reverenter obsequare:  
 Benedictus atque sanctus  
 Sit septimus dierum  
 Finis quiesque rerum.

2.

Quid, profane, coeptas?  
 Sacra te vocant; recedis:  
 Rus domumque curas;  
 Animae curam relinquis.  
 Sapiens tibi videris.  
 Vefanus est, laborat  
 Qui plurimum, nec orat.

C

3.



3.

Ni Deus creaffet  
 Spatio priore campum;  
 Stulte, numquid effret,  
 Vbi verteres aratrum?  
 Nisi Sabbato quiesces  
 Amore sanctitatis,  
 Quod quaeris, haud habebis.

4.

Ceteris diebus  
 Scatuit frequente Mannâ;  
 Sabbati sub ortûs  
 Fuit absque pane terra:  
 Tamen exiens Hebraeus  
 Per irritum laborem  
 Laesit Dei favorem.

5.

Ligna colligebat  
 Sibi profutura pauper;  
 Quid fit? occidebat  
 Lapidés lucratus aeger,  
 Lapidés mori iubentes.  
 Dum Sabbato lucraris,  
 Profane, cuncta perdis.

*M. Lud. Helmboldus.*

Vel



1.

**H**elst mir Gottes Güte preisen/  
 Ihr Christen/ insgemein:  
 Wir wollen all' erweisen/  
 Daß wir Gott dankbar seyn:  
 Vornemlich zu der Zeit/  
 Da sich die Woche endet/  
 Der Sonntag zu uns wendet/  
 Des HErrn Tag ist nicht weit.

2.

**E**rnstlich laßt uns betrachten  
 Des HErrn reiche Gnad/  
 Und so gering nicht achten  
 Sein unzählich Wolthat/  
 Stets führen zu Gemüt/  
 Wie er die Woch gegeben  
 All' Notdurft diesem Leben/  
 Und uns für Leid behüt't.

3.

**L**ehr-Amt/ Schul/ Kirch erhalten  
 In gutem Fried und Ruh/  
 Nahrung für Jung' und Alten  
 Beschehret auch dazu/  
 Und gar mit milder Hand  
 Sein' Güter ausgespendet/  
 Verwüstung abgewendet  
 Von dieser Stadt und Land.

C 2

4.



4.

**E**r hat unser verschonet  
 Aus väterlicher Gnad:  
 Wenn er sonst hätte belohnet  
 All' unsre Missethat  
 Mit gleicher Straf und Pein;  
 Wir wären längst gestorben/  
 In mancher Not verdorben/  
 Die wir voll Sünde seyn.

5.

**N**ach Vaters Art und Treuen  
 Er uns so gnädig ist/  
 Wenn wir die Sünd bereuen/  
 Glauben an IESUM Christ  
 Herzlich/ ohn Heuchelei/  
 Wil er die Schuld vergeben/  
 Lindert die Straf darneben/  
 Macht uns von Plagen frey.

6.

**A**ll' solch' dein' Güt' wir preisen/  
 Vater im Himmels-Thron/  
 Die du uns thust beweisen  
 Durch Christum deinen Sohn.  
 Wir bitten ferner dich/  
 Hilf all'n bedrengten Leuten/  
 Beschehr friedsame Zeiten/  
 Und nähr uns mildiglich.

*Pauli Eberi acrostichon,  
 quo filiae ipsius, matri cognominis,  
 nomen continetur.*



35 ) 37 ( 38  
TEMPORE QUADRAGESIMALI.  
DIE LVNAE.

ANTE MERIDIEM.

I.

Jesus/ meines Lebens Leben /  
Jesus/ meines Todes Tod /  
Der du dich für mich gegeben  
In die tieffste Seelen-Not /  
In das äußerste Verderben /  
Nur / daß ich nicht möchte sterben.  
Tausend / tausendmal sey dir /  
Liebster Jesus / Dank dafür!

2.

Du / ach! du hast ausgestanden  
Läster-Reden / Spott und Hohn /  
Speichel / Schläge / Strick und Banden /  
Du gerechter Gottes Sohn /  
Mich elenden zu erretten /  
Von des Teuffels Sünden-Ketten.  
Tausend / tausendmal sey dir /  
Liebster Jesus / Dank dafür!

3.

Du hast lassen Wunden schlagen /  
Dich erbärmlich richten zu /  
Um zu heilen meine Plagen /  
Um zu setzen mich in Ruh.  
Ach! du hast zu meinem Segen  
Lassen dich mit Fluch belegen.

C 3

Taus



35 ) 38 ( 36  
Tausend / tausendmal sey dir /  
Liebster Jesu / Dank dafür!

4.

Man hat dich sehr hart verhöbnet /  
Dich mit großem Schimpf belegt /  
Und mit Dornen gar gecrönet :  
Was hat dich dazu bewegt?  
Daß du möchtest mich ergözen /  
Mir die Ehren-Cron aufsetzen.  
Tausend / tausendmal sey dir /  
Liebster Jesu / Dank dafür!

5.

Du hast wollen seyn geschlagen  
Zu Befreyung meiner Pein/  
Fälschlich lassen dich anklagen /  
Daß ich könnte sicher seyn:  
Daß ich möchte trostreich prangen/  
Bistu sonder Trost gehangen.  
Tausend / tausendmal sey dir /  
Liebster Jesu / Dank dafür!

6.

Du hast dich in Not gesteckt /  
Hast gelitten mit Geduld /  
Gar den herben Tod geschmeckt /  
Um zu büßen meine Schuld :  
Daß ich würde los gezählet /  
Hastu wollen seyn gequälet.  
Tausend / tausendmal sey dir /  
Liebster Jesu / Dank dafür!

7.



Deine Demut hat gebüßet  
 Meinen Stolz und Uebermut /  
 Dein Tod meinen Tod versüßet:  
 Es kömmt alles mir zu gut:  
 Dein Verspotten/ dein Verspeyen  
 Muß zu Ehren mir gedeien.  
 Tausend/ tausendmal sey dir /  
 Liebster Jesu/ Dank dafür!

8.

Nun ich danke dir von Herzen/  
 Jesu/ für gesamte Noth /  
 Für die Wunden/ für die Schmerzen /  
 Für den herben bitteren Tod /  
 Für dein Zittern/ für dein Zagen /  
 Für dein tausendfaches Plagen/  
 Für dein Ach und tieffste Pein  
 Wil ich ewig dankbar seyn.

*Joh. Rist.*

A MERIDIE.

I.

Vera, Jesu, vita vitae,  
 Mortis atque mors meae,  
 Tradidisti sponte qui te  
 Moestus imo pectore,  
 Atque mortem pertulisti,  
 Ne perirem morte tristi.

C 4

Mil-

35 ) 40 ( 36

Millies tibi sacras  
Mille solvo gratias.

2.

Passus ah! tu, tu graves es  
Plurimas injurias,  
Sputa, pugnos, vincla, restes,  
Qui nihil peccaveras,  
Solveres ut ob reatum  
Daemonis vinclis ligatum.  
Millies tibi sacras  
Mille solvo gratias.

3.

Vulneratus tu fuisti  
Plurimis doloribus,  
Sanitatem reddidisti,  
Et quietem cordibus:  
Praedicarer ut beatus,  
Es sinistre tu notatus.  
Millies tibi sacras  
Mille solvo gratias.

4.

Multa contumeliosa  
Verba dicta sunt tibi;  
Spineâ cinctus coronâ  
Vifus es: quid hoc rei?  
Vt misellum recreares,  
Gloriae sertum parares.  
Millies tibi sacras  
Mille solvo gratias.

5.



5.

Vapulasti, liberatus  
 Vt doloribus forem:  
 Actus es falso reatûs,  
 Tutus ut quiescerem:  
 Viverem ne mente tristi,  
 Actus in crucem fuisti.  
 Millies tibi sacras  
 Mille solvo gratias.

6.

Fata dura pertulisti,  
 Sponte passus omnia:  
 Morte dirâ, quam luidi,  
 Culpa jam cessat mea:  
 Prorsus ut forem solutus,  
 Sic fuisti comminutus.  
 Millies tibi sacras  
 Mille solvo gratias.

7.

Passio luit sacrata  
 Hanc meam superbiam:  
 Amplius mors haud amara;  
 Cuncta sunt in rem meam:  
 Dedecus tuum decori  
 Et, mihi nunc est honori.  
 Millies tibi sacras  
 Mille solvo gratias.

C 5

8.

Gratias en! solvo tantâ  
Pro laborum copiâ,  
Vulnerum pro mole magna,  
Morte pro tristissima,  
Pro tuo gravi tremore,  
Pro tuo grandi stupore,  
Pro dolore maximo  
Gratus usque vixero.

*Joh. Noltenius.*

DIE MARTIS.

ANTE MERIDIEM.

I.

**W**enn meine Sünd mich kränken/  
O mein HERR Jesu Christ/  
So laß mich wol bedenken/  
Wie du gestorben bist/  
Und alle meine Schulden-Last  
Am Stamm des heiligen Creuzes  
Auf dich genommen hast.

2.

O Wunder ohne Massen/  
Wenn mans betrachtet recht:  
Es hat sich martern lassen  
Der HERR für seine Knecht:  
Es hat sich selbst der wahre GOTT  
Für mich verlohrenen Menschen  
Begeben in den Tod.

3.



3.

Was kan mir denn nun schaden  
 Der Sünden grosse Zahl?  
 Ich bin bey Gott in Gnaden/  
 Die Schuld ist allzumal  
 Bezahlt durch Christi theures Blut/  
 Daß ich nicht mehr darf fürchten  
 Der Höllen Qual; und Blut.

4.

Drum sag ich dir von Herzen  
 Jetzt und mein Lebelang  
 Für deine Pein und Schmerzen/  
 O Jesu/ Lob und Dank.  
 Für deine Not und Angst-Geschrey/  
 Für dein unschuldig Sterben/  
 Für deine Lieb und Treu.

5.

Herr/ laß dein bitter Leiden  
 Mich reizen für und für/  
 Mit allem Ernst zu meiden  
 Die sündliche Begier/  
 Daß mir nie komme aus dem Sinn/  
 Wie viel es dich gekostet/  
 Daß ich erlöset bin.

6.

Mein Creuz und meine Plagen/  
 Solts auch seyn Schmach und Spott/  
 Hilf mir geduldig tragen:

316/

Sib/ o mein HErr und Gott/  
 Daß ich verleugne diese Welt/  
 Und folge dem Exempel/  
 Das du mir vorgestellst.

7.

Laß mich an andern üben/  
 Was du an mir gethan/  
 Und meinen Nächsten lieben/  
 Gern dienen Jedermann  
 Ohn Eigennutz und Heuchler-Schein/  
 Und/ wie du mir erwiesen/  
 Aus reiner Lieb allein.

8.

Laß endlich deine Wunden  
 Mich trösten kräftiglich/  
 In meinen letzten Stunden/  
 Und des versichern mich/  
 Weil ich auf dein Verdienst nur trau/  
 Du werdest mich annehmen/  
 Daß ich dich ewig schau.

*Joh. Rist.*

A MERIDIE.

I.

Quum me premunt patrata  
 Peccata, Christe mi;  
 Meminisse mente gratâ,  
 Fac, me, datus neci  
 Luenda cuncta debita.

Ligno



35 ) 45 ( 38  
Ligno in crucis sacratae  
Quod sumferis mea.

2.

Miranda res profecto,  
Si rite pondero:  
Tulit herus ipse seruo  
Tormenta pro suo;  
Ipsus neci sanctissimus  
Pro fonte me misello  
Se tradidit Deus.

3.

Quid ergo multitudo  
Scelerum nocere quit?  
Deo fruor benigno:  
Peccata jam luit  
Christus sacrato sanguine:  
Nunc haud mihi timendum  
Est a fera Styge.

4.

Toto proinde corde  
Semper ago maximas  
Pro maximo dolore,  
O Christe, gratias,  
Clamore pro moestissimo,  
Proque innocente morte,  
Amore pro tuo.

5.

Fac, usque passionem

Sti-

Stimulare me tuam,  
 Procul & fugare mentem  
 Malam appetentiam:  
 Fac, semper haereat animis,  
 Tu quam gravi labore  
 Miserum redemeris.

## 6.

Crucem, molestiarum  
 Et omnium genus  
 Portabis ipse mecum:  
 Da, quaeso, mi Deus,  
 Mundum malignum spernere,  
 Exemplar in sequendo,  
 Quod habeo, te duce.

## 7.

Praestem, fac, illud, a te  
 Quod praestitum mihi:  
 Da, proximum iuvare  
 Pro more servuli,  
 Sine proprioque commodo,  
 Vt profecutus es me  
 Amore candido.

## 8.

Solentur atque tandem  
 Percussâ vulnera,  
 Instante morte, mentem  
 Fiduciâ sacrâ,  
 Quod sim, lytro fretus tuo,  
 Visu.



33 ) 47 ( 38  
Visurus in beato  
Post fata te polo.  
Joh. Noltenius.

## DIE MERCVRII.

1.

Christe / du Lamm Gottes /  
Der du trägst die Sünde der Welt /  
Erharm dich unser!

2.

Christe / du Lamm Gottes /  
Der du trägst die Sünde der Welt /  
Erharm dich unser!

3.

Christe / du Lamm Gottes /  
Der du trägst die Sünde der Welt /  
Gib uns deinen Frieden / Amen!

## DIE IOVIS.

Germ. Christus / der uns selig macht.

1.

Patris sapientia,  
Veritas divina,  
Deus homo captus est  
Horâ matutinâ,

A suis discipulis  
Cito derelictus,  
Judaeis est traditus,  
Venditus, afflictus.

2.

Horâ primâ ductus est  
Jesús ad Pilátum,  
Falsis testimoniis  
Multum accusatus:  
In collo percutiunt  
Manibus ligatum,  
Vultum Dei conspuunt,  
Lumen coeli gratum.

3.

Crucifige! clamitant  
Horâ tertiarum:  
Illusus induitur  
Veste purpurarum:  
Caput ejus pungitur  
Coronâ spinarum:  
Crucem portat humeris  
Ad locum pœnarum.

4.

Horâ sextâ Jesús est  
Cruci conclavatus,  
Et est cum latronibus  
Pendens deputatus;  
Prae tormentis sitiens,

Felle



Felle faturatus:  
 Agnus crimen diluit  
 Sic ludificatus.

5.

Horâ nonâ Dominus  
 Jesus exspiravit,  
 Eli! clamans, animam  
 Patri commendavit:  
 Latus ejus lanceâ  
 Miles perforavit;  
 Terra tunc contremuit,  
 Et sol obscuravit.

6.

De cruce deponitur  
 Horâ vespertinâ;  
 Fortitudo latuit  
 In mente divina.  
 Talem morrem subiit  
 Vitae medicina.  
 Heu! corona gloriae  
 Jacuit supina.

7.

Horâ completorii  
 Datur sepulturae  
 Corpus Christi nobile,  
 Spes vitae futurae;  
 Conditur aromate:  
 Complentur Scripturae.

D

Jugi

85 ) 50 ( 86  
Jugi sit memoriâ  
Mors haec mihi curae.  
8.

Has horas canonicas  
Cum devotione  
Tibi, Christe, recolo  
Pia ratione,  
Vt, qui pro me passus es,  
Amoris ardore,  
Sis mihi solatium  
In mortis agone.

## DIE VENERIS.

ANTE MERIDIEM.

1.  
Herzliebster Jesu / was hastu verbrochen /  
Daß man ein solch scharf Urtheil hat gesprochen?  
Was ist die Schuld? in was für Missethaten  
Bistu gerahnten?

2.  
Du wirst gegeißelt / und mit Dorn'n gecrönet/  
Ins Angesicht geschlagen und verhöhnet:  
Du wirst mit Eßig und mit Gall getränkert /  
Ans Creuz gehenkert.

3.  
Was ist doch wol die Ursach solcher Plagen?  
Ach! meine Sünden haben dich geschlagen:  
Ich / ach! Herr Jesu / hab dis wol verschuldet /  
Was du erduldet.

4.





4.

Wie wunderbarlich ist doch diese Straffe?  
 Der gute Hirte leidet für die Schaase;  
 Die Schuld bezahlt der Herr / der Gerechte /  
 Für seine Knechte.

5.

Der Fromme stirbt / der recht und richtig wandelt;  
 Der Böse lebt / der wider Gott mishandelt:  
 Der Mensch verwirkt den Tod / und ist entgangen;  
 Gott wird gefangen.

6.

Ich war von Fuß auf voller Schand u. Sünden;  
 Bis zu der Scheitel war nichts guts zu finden:  
 Dafür hått' ich dort in der Hölle müssen  
 Ewiglich büßten.

7.

O grosse Lieb / o Lieb ohn alle Masse /  
 Die dich gebracht auf diese Marter-Straffe!  
 Ich lebte mit der Welt in Lust und Freuden /  
 Und du must'st leiden.

8.

Ach! grosser König / groß zu allen Zeiten /  
 Wie kan ich gnugsam alle Treu ausbreiten?  
 Keins Menschen Herz vermag es auszudenken /  
 Was dir zu schenken.

9.

Ich kans mit meinen Sinnen nicht erreichen /  
 Womit doch dein Erbarmung zu vergleichen:  
 Wie kan ich dir dann deine Liebes-Thaten  
 Im Werk erstatten?

D 2

10.



10.

Doch ist noch etwas / das dir angenehme /  
Wenn ich des Fleisches Lüste Dampf und zähme /  
Daß sie außs neu mein Herze nicht entzündn  
Mit alten Sünden.

11.

Weils aber nicht besteht in eignen Kräften /  
Nest die Begierden an das Creuz zu heften ;  
So gib mir deinen Geist / der mich regiere /  
Zum guten führe.

12.

Allsdann so werd ich deine Huld betrachten /  
Aus Lieb an dich die Welt für nichts achten ;  
Bemühen werd ich mich / HErr / deinen Willen  
Stets zu erfüllen.

13.

Ich werde dir zu Ehren alles wagen /  
Kein Creuz nicht achten / keine Schmach u. Plagen /  
Nichts von Verfolgung / nichts von Todes  
Schmerzen  
Nehmen zu Herzen.

14.

Dis alles / obs zwar für schlecht ist zu schätzen /  
Wirstu es doch nicht gar bey Seite setzen .  
Zu Gnaden wirstu dis von mir annehmen /  
Mich nicht beschämen.

15.

Wann / o HErr Jesu / dort vor deinem Throne /  
Auf meinem Haupt wird stehn die Ehren-Crone /  
Da wil ich dir / wann alles wird wol klingen /  
Lob und Dank singen.

Joh. Rist.



## A MERIDIE.

1.

Mellite Jesu, quid fuit reatus,  
 Tanto quod es rigore judicatus?  
 Quae culpa, quaeso, criminisque tanti,  
 Tu quod patraſti?

2.

Pateris flagella, ſuſtinesque ſpinas,  
 Alapas acerbis, plurimasque fannas,  
 Et felle potus, ut catharma, ligno  
 Pendens ab alto.

3.

Quae culpa tam gravis fuit doloris?  
 Percuſſus a me ſingulis es horis:  
 Mea, Chriſte, ſunt patrata, quae luiſti,  
 Quae tu tuliſti.

4.

Ah! poena quam ſtupenda, quod miſellis  
 Luit ipſe paſtor pro ſuis oviclis;  
 Luit herus exſecranda pro ſceleſtis  
 Piacla ſervis.

5.

Obit pius, qui ſanctus ambulavit;  
 Vivit malus, qui iniqua perpetravit:  
 Humana gens a morte liberatur;  
 Deus ligatur.

D 3

6.

6.

A calce labes multa polluebat,  
 Ad usque verticem quae me premebat:  
 Mihi fuisset hujus in gehenna  
 Luenda poena.

7.

O quanta caritas amorque quantus  
 Te passionis egit in meatus!  
 Mundi sequebar gaudia atque mores;  
 Tu fers dolores.

8.

Ah! magne Rex, cunctis colende saeculis,  
 Hoc qui modis queam explicare dignis?  
 Donum invenire nemo novit ullum  
 Tibi ferendum.

9.

Haud adsequi mea mens quit universa,  
 Cui comparanda sympathia tanta:  
 Qui pro tuo par ergo possim amore  
 Tibi referre?

10.

Sed est tamen quid, quod queat placere,  
 Carni resistam si voluptuosae,  
 Adurat illa corda ne piaculis  
 Olim patratris.

11.

At virium quum non sit hoc mearum,  
 Cruciare nempe cor libidinosum;

Con-



Concede Flatum, qui me ubique flestat,  
Ad honesta ducat.

12.

Sic gratiam semper tuam revolvam,  
Tuique amore cuncta in orbe spernam,  
Et exsequar noctes tuum diesque  
Pro posse velle.

13.

Ad nominis tui feram decorem  
Opprobrium, fannas, crucem, laborem,  
Nec me movebit persecutionis  
Vis & doloris.

14.

Hoc omne sit licet mere pusillum;  
Tu post-tamen putabis haud-habendum:  
Dignaberis dextrâ tuâ favente  
Hac meque fronte.

15.

In alterâ, Jesu benigne, vitâ  
Quum cinxerit fulgens caput corona;  
Mea lingua, quum beata gens ovabit,  
Grates sonabit.

*Job. Noltenius.*

## DIE SATVRNI I. SABBATI

I.

**D**amm Gottes / unschuldig  
Am Stamm des Creuzes geschlachtet /

D 4

III<sup>e</sup>

Allzeit erfunden geduldig /  
 Wiewol du würdest verachtet /  
 All Sünd hast du getragen /  
 Sonst müsten wir verzagen :  
 Erbarm dich unser / o Jesu!

2.

O Lamm Gottes / unschuldig  
 Erbarm dich unser / o Jesu!

3.

O Lamm Gottes / unschuldig  
 Gib uns deinen Frieden / o Jesu!

QVVM AD CATHEDRAM HOMOLOGE-  
 TICAM ACCESSVRI NOSTRATES SVNT,  
 ET HALLVCINATIONVM SVARVM VE-  
 NIAM A PRAECEPTORIBVS DE-  
 PRECANTVR.

Germ. Ach! Gott und Herr,

1.

Deus, mea  
 Quam grandia  
 Peccata sunt patrata!  
 Est nemo, qui  
 Opem mihi  
 Ferat orbis in palaestra.

2.

Percurrere  
 Hoc tempore

Quam-



Quamvis liceret orbem,  
Me solvere  
Volens cruce;  
Disperderem laborem.

3.

Accedo te,  
Ne sperne me,  
Meretur ut reatus:  
Ira in tua  
Ne judica:  
Luit piacula Natus.

4.

Si me voles  
Poenas graves  
Ob ista sustinere;  
Fac, quaeso, nunc,  
Et parce tunc;  
Heic me finas dolere.

5.

Concede cor  
Culpaem immemor,  
Patiens obediensque,  
Ne, sicut id  
Quandoque fit,  
Cadam obstrepens salute.

6.

Tractato me,  
Ceu vis, bene!

D S

Te

Te sufferam iuvante.

Noli tuis

Me gaudiis

In axe separare.

7.

Vt avicla se

Solet abdere

Lignis in excavatis,

Quum turbidus

Terret polus

Homines ferasque filvis;

8.

Jesu bone,

Sic condo me

In vulnerum latebris:

Nece, crimine

Terrente me,

Quiesco tutus illis.

9.

Heic haereo,

Corpufculo

Et mente jam folutis:

Iftic meum

Cernam Deum

In gaudiis futuris.

10.

Patri Deo

Et Filio

Sit



Sit laus, tibi que, Flamen!

Fidem tibi

Do, Christe mi.

Credens beatur, Amen!

*Joh. Noltenius.*

Item:

**V**or Gericht/ Herr Jesu/ sieh ich hier/  
 Zu dir beug' ich mein's Herzens Knie/  
 Kan mir selbst gar nicht rahen:  
 Mein' groß' und viele Missethat  
 Mich hier und dort verdammet hat;  
 Doch wil ich nicht verzagen:  
 Herr Jesu Christ/ dein Blut allein  
 Macht mich von allen Sünden rein/  
 Weil ich in wahrer Reu und Bus  
 An dich gläub' und dir fall zu Fuß.  
 Herr Jesu Christ/ des dank ich dir:  
 Ich wil mich bessern; hilf du mir!

LABORES PVBLICOS, TAM ANTEME-  
 RIDIANOS, QVAM POMERIDIANOS, CANEN-  
 DO FINIMVS SEQVENTI PRECATIVNCV-  
 LA IN ECCLESIA DVDDVM  
 SOLLEMNI:

**D**a pacem, Domine, in diebus nostris,  
 quia non est alius, qui pugnet pro  
 nobis, nisi tu Deus noster.

LA-



35 ) 60 ( 36  
LABORES TRIMESTRES FINIMVS  
HYMNO SEQUENTI:

1.

**N**un danket alle **G**ott mit Herzen/Mund und  
Händen/  
Der große Dinge thut hier und an allen Enden/  
Der lebend uns erhält von Mutter-Leibe an/  
Und thut uns alles guts / mehr / als man zäh-  
len kan.

2.

Es wolle unser **G**ott ein frölich Herz uns geben;  
Er lasse uns/ sein Volk / im Friede immer leben/  
Forthin zu unser Zeit/ daß seine Gnad u. Treu  
Bey uns und unfrem Land beständig allweg  
sey.

3.

Der große starke **G**ott woll' uns von allem  
Bösen/  
Und was uns schaden möcht / gewaltiglich erlösen/  
Er schütz und rette uns/ er helf uns allezeit/  
So lange er uns hier das Leben noch verleihet.

4.

**G**ott Vater/ dir sey Preis hier und im Himmel  
oben:  
**G**ott Sohn/ **H**err **J**esu **C**hrist/ wir wollen dich  
stets loben:  
**L** **G**ott Heilger Geist/ dein Ruhm erschalle mehr  
und mehr:  
**O** **H**err / **D**reyein'ger **G**ott / dir sey Lob /  
Preis und Ehr.  
*M. Martin. Rinkart.*





**HYMNI AC PRECES,**

QVAE

**A COENOBITIS NOSTRIS**

IN

**HORIS IPSORVM CANONICIS**

**QVOTIDIE CANVNTVR AC**

**RECITANTVR.**





*Singulae Horae Canonicae inchoantur ad morem veteris Ecclesiae consuetudo illo responsorio, id est, invocatione Dei Davidica ex Psalmo Sexagesimo nono, cum adjuncta doxologia, quam veteres ceteroquin etiam adhibuerunt in fine quorumvis hymnorum ac psalmorum, ut Deitatis Unitatem in Personarum Trinitate profiterentur contra Arianos, et <sup>et prudentissimos</sup> salutaris doctrinae hostes.*



**I.**  
Eus, in adiutorium meum intende: Domine, ad iuvandum me festina.

2. Gloria Patri & Filio: & Spiritui Sancto.

3. Sicut erat in principio, & nunc, & semper: & in saecula saeculorum, Amen.

*Hinc*



*Hinc sequitur*

ANTE MERIDIEM

DIE LVNAE.

*Psalms 113.*

I.

**L**audate, pueri, Dominum: laudate nomen Domini.

2. Sit nomen Domini benedictum: ex hoc nunc & usque in saeculum.

3. A solis ortu usque ad occasum: laudabile nomen Domini.

4. Excelsus super omnes gentes Dominus: & super coelos gloria ejus.

5. Quis, sicut Dominus Deus noster, qui in altis habitat: & humilia respicit in caelo & in terra?

6. Suscitans a terra inopem: & a stercore erigens pauperem.

7. Vt collocet eum cum Principibus: cum Principibus populi sui.

8. Qui habitare facit sterilem in domo: matrem filiorum laetantem.

Gloria Patri etc.

DIE

33 ) 64 ( 38  
DIE MARTIS.

*Psalms 117.*

I.

**L**audate Dominum, omnes gentes: laudate eum omnes populi.

2. Quoniam confirmata est super nos misericordia ejus: & veritas Domini manet in aeternum.

3. Gloria Patri cet.

DIE MERCVRII.

*Psalms 147.*

I.

**L**auda, Jerusalem, Dominum: lauda Deum tuum, Sion.

2. Quoniam confortavit seras portarum tuarum: benedixit filiis tuis in te.

3. Qui posuit fines tuos pacem: & adipe frumenti satiat te.

4. Qui emittit eloquium suum terrae: velociter currit sermo ejus.

5. Qui dat nivem, sicut lanam: nebulam, sicut cinerem, spargit.

6. Mittit crystallum suum, sicut buccellas: ante faciem frigoris ejus quis sustinebit?

7. Emittet verbum suum & liquefaciet ea: stabit spiritus ejus, & fluent aquae.



8. Qui adnuntiat verbum suum Jacob:  
justitias & judicia sua Israël.

9. Non fecit taliter omni nationi: &  
judicia sua non manifestavit eis.

10. Gloria Patri cet.

DIE J O V I S.

*Psalms 127.*

I.

**N**isi Dominus aedificaverit domum: in  
vanum laboraverunt, qui aedificant  
eam.

2. Nisi Dominus custodierit civitatem:  
frustra vigilat, qui custodit eam.

3. Vanum est vobis, ante lucem sur-  
gere: surgite, postquam sederitis; &  
manducatis panem doloris.

4. Qui dederit dilectis suis somnum:  
ecce! hereditas Domini filii, merces fru-  
ctus ventris.

5. Sicut sagittae in manu potentis: ita  
filii adolescentes.

6. Beatus vir, qui implevit pharetram  
suam ex ipsis: non confunderetur, quum  
loquetur inimicis suis in porta.

7. Gloria Patri cet.

E

DIE



39 ) 66 ( 36  
DIE VENERIS.

*Psalms 31.*

I.

**I**n te, Domine, speravi, non confundar in aeternum: in iustitia tua libera me.

2. Inclina ad me aurem tuam: accelera, ut eruas me.

3. Esto mihi in Deum protectorem & in domum refugii: ut salvum me facias.

4. Quoniam fortitudo mea & refugium meum es tu: & propter nomen tuum deduces me & enutries me.

5. Educes me de laqueo hoc, quem absconderunt mihi: quoniam tu es protector meus.

6. In manus tuas commendo spiritum meum: redemisti me, Domine, Deus veritatis.

7. Gloria Patri et.

DIE SATVRNI I. SABBATI.

*Psalms 15.*

I.

**D**omine, quis habitabit in tabernaculo tuo: aut quis requiescet in monte sancto tuo?

2.



2. Qui ingreditur sine macula: & operatur justitiam.

3. Qui loquitur veritatem in corde suo: qui non egit dolum in lingua sua.

4. Non fecit proximo suo malum: & opprobrium non accepit adversus proximos suos.

5. Ad nihilum deductus est in conspectu ejus malignus: timentes autem Dominum glorificat.

6. Qui jurat proximo suo & non decipit: qui pecuniam suam non dedit ad usuram, & munera super innocentes non accepit.

7. Qui facit haec: non movebitur in aeternum.

8. Gloria Patri & Filio cet.

A MERIDIE.

AB ADVENTV DOMINI VSQVE AD  
EIVSDEM NATALICIA.

*Hymnus S. Ambrosii.*

Germ. Nun komm/ der Heiden Heiland.

I.

**V**eni, Redemptor gentium;  
Ostende partum Virginis:  
Miretur omne saeculum!  
Talis decet partus Deum.

E 2

2.

2.

Non ex virili femine,  
Sed mystico spiramine  
Verbum Dei factum est caro,  
Fructusque ventris floruit.

3.

Alvus tumescit Virginis;  
Claustrum pudoris permanet:  
Vexilla virtutum micant:  
Versatur in templo Deus.

4.

Procedit e thalamo suo,  
Pudoris aulâ regiâ,  
Geminae gigas substantiae,  
Alacris ut currat viam.

5.

Egressus ejus à Patre;  
Regressus ejus ad Patrem:  
Excursus usque ad inferos;  
Rekursus ad sedem Dei.

6.

Aequalis aeterno Patri  
Carnis tropaeo accingere,  
Infirma nostri corporis  
Virtute firmans perpeti.

7.

Praesepe jam fulget tuum,  
Lumenque lux spirat novum,  
Quod



Quod nulla nox interpolet,  
Fideque jugi luceat.

8.

Deo Patri sit gloria,  
Ejusque soli Filio  
Cum Spiritu Paracleto  
Et nunc & in perpetuum.

A CHRISTI NATALICIIS VSQVE AD  
EXITVM DOMINICARVM POST  
EPIPHANIAS.

*Hymnus Sedulii.*

Germ. Christum wir sollen loben schon.

1.

**A** solis ortûs cardine  
Ad usque terrae limitem  
Christum canamus principem  
Natum Maria Virgine.

2.

Beatus auctor saeculi  
Servile corpus induit,  
Vt, carne carnem liberans,  
Non perderet, quos condidit.

3.

Castâ parentis viscera  
Coelestis intrat gratia:  
Venter puellae bajulat  
Secreta, quae non noverat.

E 3

4.

4.

Domus pudici pectoris  
 Templum repente fit Dei:  
 Intacta, nesciens virum,  
 Verbo concepit Filium.

5.

Enixa est puerpera,  
 Quem Gabriel praedixerat,  
 Quem matris alvo gestiens  
 Clausus Johannes fenserat.

6.

Foeno jacere pertulit  
 Praesepe non abhorruit,  
 Parvoque lacte pastus est,  
 Per quem nec ales esurit.

7.

Gaudet chorus coelestium,  
 Et Angeli canunt Deo,  
 Palamque fit pastoribus  
 Pastor, creator omnium.

8.

Summo Parenti gloria,  
 Natoque laus quam maxima  
 Cum sancto fit Spiramine  
 Nunc & per omne saeculum.

AB



33 ) 71 ( 38  
AB EXITV DOMINICARVM POST EPI-  
PHANIAS VSQVE AD PASCHALIA.

*Hymnus veteris Ecclesiae.*

Germ. *Christe / der du bist Tag und Licht.*

1.

**C**hriste, qui lux es & dies,  
Noctis tenebras detegis,  
Lucisque lumen crederis,  
Lumen beatum praedicans.

2.

Precamur, sancte Domine,  
Defende nos in hac nocte:  
Sit nobis in te requies:  
Quietam noctem tribue.

3.

Ne gravis somnus irruat,  
Nec hostis nos surripiat,  
Nec caro illi consentiens  
Nos tibi reos statuatur.

4.

Oculi somnum capiant,  
Cor ad te semper vigilet:  
Dextera tua protegat  
Famulos, qui te diligunt.

5.

Defensor noster, adspice,  
Insidiantes reprime:

E 4

Guberna tuos famulos,  
Quos sanguine mercatus es.

6.

Memento nostri, Domine,  
In gravi isto corpore;  
Qui es defensor animae,  
Adesto nobis, Domine.

7.

Deo Patri fit gloria  
Ejusque soli Filio  
Cum Spiritu paracleto  
Nunc & per omne saeculum.

A PASCHALIBVS VSQVE AD PENTE-  
COSTALIA.

*Hymnus veteris Ecclesiae.*

1.

**V**ita sanctorum, decus Angelorum, :/:  
Vita cunctorum pariter piorum,  
Christe, qui mortis moriens ministrum  
Exsuperasti. :/:

2.

Tu tuo laetos famulos tropaeo :/:  
Nunc in his serua placidis diebus,  
In quibus sanctum celebratur omnem  
Pascha per orbem. :/:

3.

Pascha, quo victor, rediens ab imo, :/:  
Atque cum multis aliis resurgens,



Ipse susceptam super alta carnem  
Astra levasti. :/:

4.

Nunc in excelsis Dominus refulgens, :/:  
Et supra coelos Deus elevatus,  
Inde mortales homo iudicatum,  
Christe, redibis. :/:

5.

Corda tu sursum modo nostra tolle, :/:  
Quo Patri dexter resides in alto,  
Ne resurgentes facias in ima  
Praecipitari. :/:

6.

Hoc Pater tecum, rogitamus, atque :/:  
Praestet amborum, pie Christe, Flatus,  
Cum quibus regnas Deus unus omni  
Jugiter aevo. :/:

A PENTECOSTALIBVS VSQVE AD FE-  
STVM SS. TRINITATIS.

*Hymnus veteris Ecclesiae.*

Germ. Römml/ o Gott Schöpfer Heiliger Geist,

1.

Veni, Creator Spiritus,  
Mentes tuorum visita,  
Imple supernâ gratiâ,  
Quae tu creasti, pectora.

E 5

2.

Qui Paraclerus diceris,  
 Donum Dei altissimi,  
 Fons vivus, ignis, caritas  
 Et spiritalis unctio.

3.

Tu septriformis munere,  
 Dextrae Dei tu digitus,  
 Tu rite promissum Patris,  
 Sermone ditans guttura.

4.

Accende lumen sensibus,  
 Infunde amorem cordibus,  
 Infirma nostri corporis  
 Virtute firmans perpeti.

5.

Hostem repellas longius,  
 Pacemque dones protinus:  
 Ductore sic te praevio  
 Vitemus omne noxium.

6.

Per te sciamus, da, Patrem,  
 Noscamus atque Filium,  
 Te, utriusque Spiritum,  
 Credamus omni tempore.

7.

Sit laus Patri et m Filie,  
 Sancto simul Paracleto,

No-



33 ) 75 ( 55  
Nobisque mittat Filius  
Charisma Sancti Spiritûs.

A FESTO SS. TRINITATIS VSQVE AD  
ANNI ECCLESIASTICI EXITVM.

*Hymnus veteris Ecclesiae.*

Germ. *Der du bist drey in Einigkeit.*

1.


**O**lux, beata Trinitas,  
Et principalis Vnitas,  
Jam sol recedit igneus,  
Infunde lumen cordibus.

2.

Te manè laudum carmine,  
Te deprecemur vespere,  
Te nostra supplex gloria  
Per cuncta laudet saecula.

3.

Deo Patri fit gloria  
Ejusque soli Filio  
Cum Spiritu Paracleto  
Et nunc & in perpetuum.



*Singulis his Psalmis atque Hymnis sub-  
jungitur Hymnus aliquis  
Germanicus.*





83 ) 76 ( 88  
POST PRAELECTVM CAPVT BIBLICVM  
SVBIVNGVNTVR PRECES.

PRECES ANTEMERIDIANAE.

Barmherziger / gnädiger Gott und Vater  
unfers Herrn Jesu Christi / wir ruffen dich  
an von ganzem Herzen / daß du deine heilige  
Christliche Kirche / so in der ganzen Welt zer-  
streuet / und heute zu Tage vieler und mancher-  
ley Gefahr unterworfen / doch aber von deinem  
eingebornen Sohn Jesu Christo so theuer er-  
kauft ist / durch deinen Heiligen Geist erleuchten/  
vermehrten / in Einigkeit des Glaubens erhalten /  
die Mishelligkeiten aufheben / und dero selben  
Fried und Einigkeit verleihen wollest.

Desgleichen Ihre Kayserliche Majes-  
stät samt allen Chur- und Fürsten des Reichs /  
sonderlich aber Ihre Hochfürstl. Durch-  
lauchtigkeit, Herrn CARL, Herzog zu  
Braunschweig und Lüneburg / unsern  
gnädigsten Fürsten und Herrn, samt Des-  
ro Frau Gemahlinn Hoheit, den Erb-  
Prinzen nebst den übrigen Prinzen und  
Prinzessinnen, wie auch alle nahe Anver-  
wandte mit der Kraft deiner allmächtigen Hand  
beschirmen / Ihnen und allen Ihren Rächten heil-  
same Rachtschläge verleihen / und alle ihre Ver-  
richtungen dahin befördern / daß sie zur Erhaltung  
des allgemeinen Friedens und Fortpflanzung dei-  
nes Göttlichen Namens gereichen mögen.

Laß dir auch in allen Gnaden befohlen seyn  
den verordneten Probst und ganzen Convent  
dieses



dieses Closters; segn und benedey des Closters  
 Haushaltung / daß dieselbige Kirchen und Schu-  
 len / wie auch den Armen zum besten viel Nutzen  
 schaffe. Gib Gnade zu unsern Studiis, wie  
 auch zu aller derer / die in diesem ganzen Her-  
 zogthum denenselben obliegen / damit durch dei-  
 nen Beystand und Erleuchtung wir uns nicht  
 allein zu unserer Wolsahrt und Heil wol an-  
 schicken / sondern auch dem ganzen Lande und  
 deiner Kirche einmal mit Nutzen dienen mögen/  
 durch unsern HErrn IEsu Christum / welcher  
 das rechte Verfühn-Opfer und Löse-Geld für un-  
 sere Sünde geworden / auch mit dir und dem  
 Heiligen Geiste lebet und regieret / ein wahrer  
 GOTT / hochgelobet in Ewigkeit / Amen!

Vater unser 2c.

PRECES POMERIDIANAE.

**T**e Deum, Patrem Domini nostri Jesu  
 Christi, invocamus, ut Ecclesiam tuam,  
 in toto terrarum orbe dispersam, & variis  
 periculis adhaerentem, quam sibi unigenitus  
 tuus Filius, Dominus noster Jesus Christus,  
 sanguine suo adquisivit, Spiritu Sancto tuo  
 illustrare, propagare, in unitate fidei con-  
 servare, & abolitis dissensionibus pacem &  
 tranquillitatem ei largiri velis.

Caesarem quoque nostrum, Electores &  
 Principes Imperii, in primis vero *Serenissi-  
 mum Principem ac Dominum, Dominum  
 CAROLVM, Ducem Brunsvicensium ac  
 Lüneburgensium, Dominum nostrum clemen-  
 tissi-*



tissimum, ut & Serenitatis Ejus Serenissimam  
 Contugem, itemque Ducatus Heredem cum  
 reliquis Filiis ac Filiabus Serenissimis, & u-  
 niversam Familiam Guelficam potenti tuâ  
 dextrâ defendas, mentes eorum, & omni-  
 um Consiliariorum ad salutaria Reipublicae  
 consilia flectas, & administrationem eorum  
 in conservanda publica tranquillitate & pro-  
 paganda gloria nominis tui adjuves.

Reverendo quoque Praeposito, & Con-  
 ventui Monasterii nostri tuâ gratiâ adfis, oe-  
 conomiae monasticae benedicas, ut in Ec-  
 clesiae, Scholarum & pauperum usus uberes  
 fructûs faciat. Studiis etiam nostris, & o-  
 mnium scholarum per totum hunc Duca-  
 tum faveas, ut incremento tuo non solum  
 nostram ipsorum salutem operemur, verum  
 etiam Ecclesiae ac Reipublicae usui esse pos-  
 simus, per Dominum nostrum Jesum Chri-  
 stum, qui, factus victima pro peccatis nostris  
 ac pretium redemptionis nostrae, tecum u-  
 na cum Spiritu tuo Sancto vivit & regnat,  
 Deus benedictus in saecula, Amen!

*Pater noster, cet.*



*His precibus tandem subjicitur canticum aliquod  
 Germanicum, modo didascalicum, modo poenitentiale,  
 modo Dei opem implorans, modo paracleticum,  
 modo aliud pro tempore vel  
 pro re nata.*



37

h. 4


(2258563)





1779\*






PRECES  
ET  
CANTILENAE,

QVIBVS  
LECTIONES PVBLICAE

INCHOANTVR  
DISTINGVVNTVR  
FINIVNTVR

IN  
DVICALI SCHOLA SCHENINGENSI.



ACCEDVNT  
HYMNI AC PRECES,  
QVAE  
A COENOBITIS S. LAURENTII  
CANVNTVR AC RECITANTVR.

---

ITERATA EDITIO

---

HELMSTADI  
APVD PAVL. DIET. SCHNORRIVM,  
ACAD. TYPOGR.  
MDCCCLIX.

749